

ALMÆ ACADEMIÆ GIESSENÆ  
**R E C T O R,**  
 TOTUSQUE PROFESSORUM ORDO  
 OMNIBUS OMNIUM FACULTATUM STUDIOSIS |  
 S. P. P.



**D**UM futurarum nostrarum Lectionum estimarum Catalogum vobis proponimus & publicamus, Philosophia nostra nobis in memoriam revocat, Praeceptores vel Doctores, & Discipulos vel Auditores, relata esse, atq; adeo officia iisdem mutua respondere & congruere quoq; debere. Ut itaque Praeceptorum diligentium & industriorum officium est, diligenter informare docere & profiteri: Ita pariter verorum industriorum auditorum, & discipulorum est, suos Praeceptores & Doctores attentè & sedulo audire, adeoq; suâ diligentiâ & frequentia, illorum animos & industriam, magis magisq; excitare & provocare. Quâ ratione autem hoc hucusq; à plerisq; qui auditorum & verorum Studioforum nomen profitentur, observatum fuerit, quotidiana nos experientia docuit. Cum Professor officii sui, ut decet, memor, ad Auditorium properat, & officii sui partes, ut debebat, explere vult, plures ei per plateas discurrentes, Juniores praesertim, obviam veniunt, qui aliorum, qui vocè sic dictorum Studioforum servitiis intenti sunt, quam studiis & laboribus honestis, quorum gratia à parentibus suis huc missi venerunt, adeoq; Doctores & Professores deinceps, ad vacua auditorii subsellia magno cum tedio & dolore veniunt & sua musca vicissim repetere coguntur: ut ita studium auditorum, Doctorum industria fideiq; non respondeat, sed potius plane repugnet. Nos nostro officio ut par est, satisfacturi, Catalogum Lectionum estimarum vobis publicamus; vos videte ut vestro quoq; officio diligentiori visitatione & attentione Lectionum satisfaciatis. Valet.

P. P. Sub Sigillo Academiae Majori die II X. Aprilis Anno 1760 L X.

**IN FACULTATE THEOLOGICA.**

**D. PETRUS** Haber totum Theol. Prof. P. Ad finem tam Collegio Anti-Jesuitico, quam Lectionibus Anti-Calvinianis, Dei Gratia, felicitet, tempore huiusmodi praeterito deductis, in stante hoc tempore estivo Lectiones suas in publico contra Calvinianos continuabit, Collegium autem Anti-Phositanum, & contra alios Novatores habendum aperiet, simul etiam Collegium Concionatorium instituet. Disputationes istidem Theologicas in Epitome Fundamentali de Persona Christi, Salvatoris, Deo dante, absolvet, atque in qualibet Lectione Anti-Calvinianâ, quaestionem aliquam Anti-Arminianam unâ proponet & succinctè resolvit, ut hâcque planè emittet, quod ad promotionem & promotionem progreffivum exoptatum in Studio Theologico pertinebit.

**JOHANNES NICOLAUS MISLERUS**, S. Th. D. Eju& Hebr. Ling. P. P. In controversiis Anti-Papistis publicè prælegendi perget. Privatim Collegium disputatorium, ut & Hebraicum, tum pro tytonibus, tum pro perfectioribus, volente Deo, instituet.

**MICHAEL SIRICHS**, S. S. Theol. D. ejusdemq; Prof. Ord. & Eccles. Giesf. Publicè in prælectionibus de Concilio Ecelesiasticis perget. Privata autem Collegia ad placitum & capium Auditorum aperiet.

**IN FACULTATE JURIDICA.**

**JOHANNES OTTO TABOR**, U. J. D. Consiliarius Hasso-Darmstadtinus, nec non Cancellarius Academiae, & Professor Primarius. Publicè; Expositionem Juris publici: Privatim autem: Juris privati, ea quâ cepit methodo, Deo volente, continuabit.

**GREGORIUS TULLIUS**, U. J. D. Consiliarius Hasso-Darmst. & Professor Ordinarius, peritillans semestri ætate, explicationem Legum Codicis Justiniani in publico, publicè continuabit.

**JACOBUS LE-BLEH**, U. J. D. Professor Ordin. & Academiae Syndicus, in prælectionibus publicis Juridicis interpretabitur lib. 48. ff. de Publ. Judicis. In Colle-

giis quoque privatis operam suam & officia pro desiderio Dnn. Studioforum præstabit.

**MARTINUS** Willert U. J. D. & Prof. Ordin. In Institutionibus Justinianis publicè Exponet sui ad rem, eaque finita materia ad Actiones progredietur. Privatim aperiet Collegium Institutionum Explicatorium, per Semestre abolvendum: Et conjungat Exercitium disputatorium. In Ethicis si operam suam Studiofa Juvenus de sideraverit, promptissimam offert, præceptis appetendo Collegia Ethico-Legalia.

**HULDERICUS** Eychen Jur. D. & Prof. P. Discursus de Juris Canonici origine, causis, indole, vi & effectibus publicè continuabit & B. C. D. absolvet: inde ipsam de utriusque juris differentis commentationem methodicam anteparatur. Privata item Exercitia, solemnè fide & industria, sive ad finem perducet, sive ex usu Cupidelegum Juris privati nova instituet.

**IN FACULTATE MEDICA.**

**JOHANN DANIEL HORSTIUS**, Phil. & Acad. D. Prof. & Archiater Hasso-Darmstadtinus, dum per negotia quàm plurima, quibus Clemensissimi & Serenissimi Principis Jussu in Aula detinetur, in Academia publicè prædicet nequit, operam suam nihilominus per consilia Medica Collegio Medico & Studiosis Medicinae requiritus præstare pollicetur.

**JOHANNES TACKIUS**, Phil. & Medicinae D. Medicinae Prof. Ordinarius & Archiater Hasso-Darmstadtinus, Lectionibus publicis persequetur ea, quæ hactenus bono cum Deo cepit, in tradendis Institutionibus Medicis ex Antiquis & Neotericis: privatim verò ad philiatotum placitum se accommodabit.

**GEORGIUS BALTHASAR** Metzgeri Med. D. & Prof. Ord. Discursibus de purgantium usu felicitet ab solutus, publicam plantarum in horto Medico demonstrationem suscipiet. Privatas etiam Lectiones continuabit.

**IN FACULTATE PHILOSOPHICA.**

**M. CASPAR EBELIUS**, Prof. Ordin. & p. t.

**Acad. Rect.** In Logicis & Metaphysicis, quantum negotia Rectoralia aliâque impedimenta permittent, perget & singulis diebus Lunæ & Martis, axioma Logicae, Jovis autem & veneris Metaphysica explicabit. Collegia Logica & Metaphysica disputatoria pro Studioforum capto & desiderio non intermitteret.

**M. JOH. CONRADUS** Dieterich Gram. Lingua & Hist. Professor, in Philologia sacra & Historiâ Augustâ perget.

**JACOBUS LE-BLEU**, U. J. D. Civilis Prædentis Prof. Ord. & Academiae Syndicus. In Lectionibus Politicis proponet selectiores quaestiones ex Tacito, eaque recentioribus & ad usum maximè facientibus exemplis illustrabit.

**JOHANNES TACKIUS**, Phil. & Med. D. hujus & Eloquentia Professor Ordinarius, Lectionibus publicis perget in explicatione Otationum Curtianarum: privatim verò ad auditorum capium Collegium Eloquentiæ practicum aperiet.

**GEORGIUS BALTHASAR** Metzgeri Med. D. & Phys. Prof. Ordin. De missione & corporibus mixtis, jubente tra ordine, publicè præleget. Domestiam Collegium sive disputatorium sive explicatorium instituet.

**KILIANUS CONRADUS**, Phil. M. & Prof. Mor. Ordin. Postquam superiori elapso semestri in libris Nicomach. Arist. Publicè propofitis, pervenit usque ad Lib. III. Cap. VI adeoque specialem virtutum traditionem, nunc in subsequenti bus perget, sed ita tamen, ut non singula in tertio contenta, verum ex eo selectiores saltem & nobiliores propofiturus sit quaestiones, tanquam auditu jucundiores, sentitque digniores. In privatis autem respiciens vota & desideria Dnn. Studioforum, vel inchoata continuabit, vel absoluta iterabit.

**M. JOHANNES** Westph. Philolog. Prof. Ordin. Lectiones Philologicas publicè continuabit: Privatim verò ad Dnn. Studioforum votum sese accommodabit.

\* \* \*